UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Actione rerum amotarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

mulieris, ſi que habebat, contingit etiam ꝙ mulier non erat ſol
uendo tempore quo ſoluitur matrimoniũ, quod quidem tẽpus
appellatur tps repetitionis dicte dotis. l. ij. in prin. ſo. ma. ⁊ l. j.
§. exactio. C. de rei vxo. actio. poſtea antequã actu ageretur ad
ipſam dotem mulier, vel forte heres eius, ſi morte mulieris fuit
ſolutum matr. vt in caſu noſtro, reperitur habere bona alia, que
non habebat tempore impenſe facte, nec tpe quo matrimonium
fuit diſſolutũ, certe hoc caſu volunt prefati doctores, expenſas
eſſe repetendas. Ita videretur exemplificandũ dictũ mẽbrũ
predicte diſtinctionis, alias videtur implicare contradictionẽ,
in quantum dicant prefati docto. ꝙ ſi non eſſet ſoluendo mulier
tempore impenſe, nec tempore repetitionis, ſi aliunde ſoluere
põt tenetur: qꝛ ſi intelligeremus, ꝙ tpe quo ſoluitur matrimo-
niũ mulier haberet aliũde unde ſoluere poſſet, diceretur ſoluen
do. l. facere. ſol. ma. facit l. qui poteſt facere. cum ſimil. j. de reg.
iur. Idem decidit Nico. de neapo. in l. vtilium. cum ſequen. vbi
querit, quid ſi quando maritus fecit expenſas mulier non erat
ſoluendo, nunc autem ſic. Et reſpondet, ꝙ hoc caſu non ſolũ re
tentio dotis, ſed etiam actio neg. geſt. competit pro eis, per id ꝙ
ibi habetur, ⁊ ꝙ ſufficiat ſi tempore quo agitur ad dotem, poſſit
aliunde ſoluere expenſas probatur in l. litis. de neg. geſt. ⁊ ple-
ne Bart. in l. rei iudicate, in prin. ſ. ſol. matr. Nec obſt. ſi dicere
tur, ꝙ heres hꝫ aliunde, tamen fortaſſe mulier non habebat. Re
ſponde hoc non eſſe in cõſideratione. Quod probatur, qꝛ aut di-
cimus ꝙ hoc erat conceſſũ mulieri in priuilegium, vt ipſa non
teneretur ſatiſfacere vtilibus expẽſis, niſi aliunde habeat tan
tum ꝙ ſatiſfacere poſſit, ne ipſa habeat alienare fundum dota-
lem, ⁊ tunc dicendum eſt ꝙ hoc priuilegium non tranſibit ad he
redem mulieris. l. j. C. de priui. dot. Aut dicimus, ꝙ tranſibit ad
filios eiuſdem matrimonij, iuxta l. aſſiduis. §. exceptis. qui po-
tiores in pig. hab. ⁊ gl. ⁊ doct. in d. l. j. de priuil. do. ⁊ in l. etia. in
prin. ſ. ſo. matr. ⁊ tunc conſideramus perſonã ⁊ ſtatim ipſorum
filiorũ. d. l. etiã in prin. Aut volumus dicere ꝙ iſtud eſt ius com
mune in muliere, ſ. ꝙ expenſas vtiles nõ tenetur ſoluere, ſi aliun
de non hꝫ vnde ſoluat, ſicut etiam hꝫ in alijs perſonas. l. in fun-
do. cum ibi nota. ſ. de rei ven. ⁊ tunc cũ attendi debeat tempus
inchoati iudicij ⁊ ſic tẽpus quo fit exactio, d. l. litis. in prin. ideo
tunc habemus conſiderare an heres, qui repreſentat perſonam
mulieris, habeat aliũde vnde ſatiſfaciat pro dictis melioramen
tis tempore iudicij, ideo ſi habet, tenetur ſatiſfacere.

LEX XV.

1 ☞ Expenſe facte ad cuſtodiam temporalem rei non repetũtur,
ſed compenſantur cum fructibus, nu. 3.
2 Expenſe facte per detinentem caſtrum in cuſtodiam caſtri, com
penſantur cum fructibus.

QVod dicitur. Expenſe neceſſarie mi-
nuũt dotẽ, ſi in dotẽ ſunt
acte ad perpetuam vtilitatem ſecus ſi cã querendo-
1 rum fructuum, vel ad tẽporalem rei cuſtodiam. h. d.
a cum l. ſeq. ¶ No.† ꝙ [a] expenſe que fiunt ad tẽporalem cuſtodiã
rei, non repetuntur. Et ideo ſi vxor dedit in dotem caſtrũ, expen
b ſe facte in cuſtodia caſtri nõ repetuntur.[b] Itẽ facit† ꝙ ſi aliquis
2 detinet caſtrũ alterius ꝙ impenſe facte in cuſtodiã caſtri cõpen
ſantur cum fructibus ibidem perceptis, ſunt enim ſicut impen-
ſe facte cauſa querendorum fructuum, vt hic, que in omnem ca-
3 ſum ab omni poſſeſſore debent deduci.† No. etiam ꝙ ſi iſte im-
penſe facte in cuſtodiam, eſſent maiores quam fructus quod nõ
c debent repeti. debent enim cum fructibus compenſari, vt hic vi
des. facit quod dixi ſ. tit. j. l. diuortio. §. quod in anno.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Nota. ꝙ Vide Prepoſi. in ca. ius generale. in vlti
ma col. j. diſtin.
b Alex. ¶ Non repetuntur. Bar. in hoc fuit contrarius. Vide de
hoc ar. in d. l. diuortio. §. impendia. ſ. tit. j. ⁊ ibi Ange. tꝫ contra
Bar. ⁊ dicit ſe ita conſuluiſſe apud vrbem veterem, per no. per
Bar. in l. cum quereretur. §. predijs. de le. ij. ⁊ Imo. in d. §. im-
pendia. concordat quod ſi eſt expẽſa temporalis, vt qꝛ fiat quid
tantum ſingulo menſe cuſtodibus, tunc pertinet ad maritum, ſe
cus ſi fuit perpetua, vt ſi emit ſeruos, qui perpetuo eſſe debẽt in
cuſtodia. facit quod habetur in l. ſeruos. de alimen. lega. Nec
obſt. predictis d. §. predijs. quia ibi teſtator legabat fundum. ⁊
ea que parata erant culture. Ideo nimirum ſi ſeruus ſaltuarius
non veniat: qꝛ non operatur circa culturam. Secus ſi legaſſet ea
que parata erant gratia fructuum percipiendorũ, cum ſeruus
ſaltuarius ſit paratus, vt melius ⁊ facilius percipiantur fructus.
Et vide no. in lege domos. ⁊ in l. ſumptus. de legat. j. ⁊ vide que
dixi in dicto §. predijs. ⁊ nota. Imo. in dicta lege ſumptus.

c ALEX. ¶ Repeti. De hoc poſt Imo. aliqualiter tangunt Mo
dern. in d. l. duos in fi. de leg. j. ⁊ ſolet etiã tractari in l. diuortio.
§. impendia. prealleg. Alexand.

De actione rerum amotarum. Tit. ij.

LEX I.

1 ☞ Vxor eſt quodammodo domina rerum viri.
Dictio quodammodo, denotat improprietatem.
2 Condictio furtiua non datur marito contra vxorem.
3 Libelli concluſio in actione rerum amotarum que ſit.
4 Vxor pro magno furto facto viro, poteſt puniri criminaliter
per poteſtatem, licet vir non poſſet agere.
5 Vxor ꝙ poſſit facere eleemoſynam de boni viris, etiam pro ani
ma ſua.

REꝛum amotarum. Lꝫ vxor
conſtate
matrimonio furtum faciat, furti nõ tenetur, ſed
actione rerum amotarum diuortio facto conue-
nitur, niſi poſt diuortiũ cõtrectauerit. hoc dicit.
¶ Op. dicitur hic ꝙ mulier, que facit furtum, nõ
tenetur actione furti. contra l. j. C. de furt. ſol. vt ibi. ꝙ ppo. qui
1 eſt dominus non facit furtum, l. j. j. de furt. Sol. Non† eſt domi
a na, niſi quodammodo vt hic dicit tex qꝛ dictio [a] quodammodo,
denotat improprietatem vt dixi in l. ꝙ ſi vir. ſ. tit. ſecundo ⁊ l. ſi
me in vacuam. infra de acquirẽ. poſſ. ⁊ lege in ſuis. infra de lib. ⁊
b poſth. ꝙ p. de lege ſi quis [b] vxori. de furtis. Solue vt in gl. [c] Que
c ro an mulier teneatur condictione furtiua. Et gloſ. arguit pro ⁊
d contra in verb. conſtituto. id eſt, apperto, vt Inſti. de obli. [d] ibi,
ſed an conditione furt. ⁊c. ſed in lege proxima determinat ⁊ po-
2 nit† pro conſtanti, ꝙ non datur condictio furtiua. Ad iſtã legem
reſpondet, ꝙ iſti ſunt caſus ſpeciales. Ad legem rerum, reſpon
det. vt ibi videbitis. Sed contra iſtas gloſſ. habeo gloſſ. contra-
riam in lege cum quis. §. ij. j. de ſolut. Iaco. de Are. dicit. ꝙ illa
gloſſ. eſt falſa, ⁊ iſta eſt vera. Poteſt aliter dici ꝙ condictio furti
ua non datur marito contra vxorem, ſed pro furto facto extra-
neo poteſt dari condictio furtiua, ⁊ illa marito poteſt cedi, ⁊ ita
loquitur ibi, ⁊ videbitis j. proxi. §. ¶ Quero, quomodo cogno-
ſcam actionem furti, ab actione rerum amotarum, Reſpondeo,
3 †in actione rerum amotarum non fiet mentio furti in libello, vt
j. l. proxim. Dicam enim ꝙ amouit vel exportauit, non autem
quod furata eſt. Item in concluſione potero concludere ſic c. qꝛ
non congruit bone fidei aliquem locupletari cum aliena iactu-
ra, ideo peto, ⁊c. vt dicitur in ſimili in lege non debet. ſupra de
dolo. vbi ponitur qualiter cognoſcatur actio de dolo, ab actio-
ne in factum, quod no. Cyn. in lege ſi ſuperſtite. C. de dolo. ⁊ hoc
4 ſecundum quoſdam. ¶ Vltimo quero an poteſtas poſſet mulie
rem punire, licet vir non poſſet agere. Certe alias dixi vobis,
aut eſt furtum modicum, ⁊ tunc non poteſt puniri criminaliter,
ſed magnum ſic, in lege reſpiciendum. §. furta domeſtica. infra
de penis. ⁊ lege fina. infra de furt. ⁊ lege ſi libertus. cod. tit. Que
5 ro, † an mulier poſſit facere eleemoſynam de bonis mariti. Et
iſte text. facit ꝙ ſic, qꝛ ſocietas vite quodammodo facit eam do-
minam. Et ego puto ꝙ ſecundum quod maritus conſueuit face
e re, ⁊ ipſa poſſit [e] l. vel vniuerſorum ſupra de pignoratitia actio-
ne. Et pro hoc l. fin. ſ. quod cum eo. Sed iſta lex concludit, ꝙ po
teſt facere eleemoſynam pro domino, ſeu pro anima domini.
Sed vtrum ipſa etiam poſſet facere pro anima ſua. Breuiter
concludo, ꝙ vxor pro ſe eleemoſynam poſſet facere de bonis
mariti ipſo permittente: quia iſto caſu permittitur donatio. l. ſi
ſponſus. §. conceſſa. circa finem, ſupra de donationi. inter virum
⁊ vxorem.

ADDITIONES.

a ¶ ANDR. BARB. ¶ Quia dictio. Et nota de dictione, quo-
dammodo, vide textum in capitulo primo, de donatio. ⁊ in capi
tulo fina. xij. queſtio. j.
b ANDR. BARB. ¶ De lege ſi quis. Vide gloſſam in capi. non
dicatis. duodecima queſtione prima. ⁊ de vxo. in capitu. mani-
feſtum xxxij. queſtione quinta. in capitu. ceterum. de donatio. ⁊
ibi dixi.
c POMA. ¶ Vt in glo. Adde textum in l. ſi concubina. §. non ſo-
lum. j. cod titu. vbi Alex. in apoſtillis.
d Alex. ¶ Inſti. de oblig. Adde l. pretor, ⁊ ibi Bart. ſ. de edend.
e Alex. ¶ Et ipſa poſſit. Sed dic ꝙ in materia huius ti. non ſolũ
p rebus amotis cõpetit hec actio, ſed etiã certi cõdictio. text. eſt
multũ no. in l. ſi concubina. §. non ſolũ. j. ⁊ quod nota. Et de iſta

elcemoſyna quã facit mulier de bonis mariti, vide Flo. in l. pe.
ad l. Aquil. ꝛ glo. magiſtram. xxxiij. queſt. v. c. quod deo. Et vide
Hoſtien. in ſumma de peni. ꝛ remiſ. in §. quibus ꝛ qualiter. verſ.
quid ſi facientibus.

LEX III.

1 ☞ Dictio vterque, eſt diſtributiua duoꝛum.

ET ideo ſi poſt diuoꝛtium.

§. Item ſi ſeruus. Ex perſona alterius inter vi
rũ ꝛ vxoꝛem datur condictio
furtiua. h. d. ¶ Opp. ꝙ in pꝛinci. innuit ꝙ non detur actio furti.
contra. l. de his. C. de fur. Huius timoꝛe contrarij nõ ſignati, in
gl. eſt facta gl. in verbo. in vtroq̃ caſu, ꝛc. que dicit, quod hic dici
tur in vtroque, id eſt, in ſecundo in tertio, ꝛ quarto reſponſo, non
autem in pꝛimo, hoc eſt, in pꝛin. huius legis. ¶ Sed contra hoc
1 †Op. Uterque eſt diſtributiuum duoꝛum tantum, ergo non po
teſt referri ad tria, vt no. in l. ancille. C. de fur. huius timoꝛe di-
cunt quidam, ꝙ nec etiam in ſecundo caſu detur condictio furti
ua. per l. ſi mulier. §. j. j. eo. ſed ille. §. nihil facit, vt ibi patet. Dic
ergo quod dictio vterque, refertur ad iſtos tres caſus. Simile
in d. l. ancille. Uel dic, duo vltimi caſus habentur pꝛo vno, quia
in vna oꝛatione ponuntur, alias eſſe contra l. ſi quis vxoꝛi. j. de
furt. ¶ Oppon. ꝙ condictio furtiua eſt turpis. l. honoꝛi. ꝛ l. pa-
rens. j. de obſeq. a li. ꝛ libert. ſed turpes actiones non dantur, vt
ſ. l. pꝛoxi. §. j. Solue vt in gloſſa.

§. Item verum. Hec actio datur, etiam pꝛo reb⁹
conſumptis. hoc dicit.
1 ☞ Filia delinquens ſiue contra patrem, ſiue contra virũ, non
nocet patri.
2 Pater repetens dotem adiuncta perſona filie, tenetur ſatiſda-
re de eam defendendo in caſu reconuentionis.
3 Pꝛocuratoꝛ actoꝛis, an teneatur de eo defendendo in caſu re-
conuentionis.

§. Si filia famil. Filia famil. amouens tenetur
inſolidum, ꝛ pater de peculio,
ꝛ pater adiuncta filia dotem repetens ipſam tenetur defendere
inſolidum, ea viua, ſed ea moꝛtua tenetur ad id quod ad eũ per-
uenit, hoc dt. vſq̃ ad l. contra. ¶ Opp. de l. iij. §. ex furtiua cã. ſ.
de pec. Glo. ſoluit, ꝛ bene. dic vt in ea. ¶ Op. ꝛ videtur qđ detur
actio noxalis, vt l. j. §. cũ ſeruus. ſ. de his qui deie. vel effu. Gl.
non ſoluit, ſed iſtud eſt verũ in ſeruo: ſed in filio delinquente ceſ
ſat actio noxalis. ¶ Ultimo oppon. dicitur hic quod ſi pater
adiuncta filia, ꝛc. Contra, delictum filie non poteſt nocere pa-
tri. l. ſi filia. ſ. de diuoꝛ. ꝛ l. filie. ſ. ti. ij. ꝛ in authẽ. de nup. que eſt
poſita. C. de repu. authen. econtra ſi filij. Gl. ſoluit pꝛimo, qꝛ ibi
filia delinquebat in fraudem patris, hic vero contra viruꝫ. Hec
4 non eſt bona ſolutio qꝛ† ſiue contra patrem ſiue contra virũ filia
deliquerit, non dꝫ nocere patri. l. ij. §. ceterum. ſ. tit. ij. ꝛ fuit de-
terminatum per Dyn. in l. conſenſu. C. de re. p. ꝛ l. ſi dotem. C. de
iure do. Unde ſoluit gl. qđ hic pater adiũcta perſona filie age-
bat, ꝛ ideo eam tenetur defendere, ꝛ iſta eſt vera. ¶ Sed quero,
cum agere adiuncta perſona filie, poſſit intelligi duob. mod. vt
dixi in l. ij. §. item ſi voluntate. ſ. ti. ij. quomodo hic intelligatur?
Reſp. ſi agit adiuncta filia, intellige, hoc eſt, ad vtilitatem ſuã ꝛ
filie. Secus ſi ageret nomine ſuo tantum, lꝫ de voluntate filie, qꝛ
tunc non teneretur eam defendere, vt l. ſeruũ quoque. §. ait pꝛe
toꝛ. ꝛ l. ſi quis in rem. ſ. de pꝛocu. ¶ Opp. ſ. de in ius vocan. l.
neq̃. So. ibi loquitur in filia impubere, hic in maioꝛe. ¶ Op. ꝙ
pater nõ debeat ſatiſdare, vt l. fi. §. defenſionem. C. de admi. tut.
Sol. vt l. fi. §. vbi autem. de bo. que lib. ꝛ l. filius, qui ſatiſd. cog.
2 dixi in l. ij. §. fi. ſ. ti. ij. ꝛ no. in l. iij. eo. ti. ¶ Quero †quam ſatiſda
tionem pꝛeſtabit hic pater? Gl. hic videtur variare in hoc, ꝛ vi-
detur intelligere quãq̃ de ſatiſdatione de defendendo, ꝛ quando
que de iudicato ſoluendo, ꝛ hoc pꝛopter leges, quas allegat. ꝛ vi
de gloſſam fi. que incipit videtur ex delicto. ibi. ꝛ facit, ꝛc. Et gl.
in l. ſeruum quoque. §. ait pꝛetoꝛ. ſ. de pꝛocu. intellexit legẽ no-
ſtram, ꝙ ſatiſdet de defendendo. Petrus dt, ꝙ non reperitur le
ge cautum quod ſatiſdetur de defendendo, niſi loquamur de eo
qui defendere d. ꝛ Cyn. intellexit ita in l. actionem. C. de pꝛoc.
a ſed quicquid dicat, veritas quod poteſt intelligi de cautione[a] de
defendendo, per textum in l. j. C. de ſatiſd. ita communiter tene-
tur. Hoc enim dictat equitas, nam iſte exceptiones pꝛo quibus
ſatiſdatur, debent opponi ante litem conteſtatam. vt l. Pom po
nius. §. rati. ſ. de pꝛocurato. Modo cum agis, foꝛte non ſuꝫ
paratus te reconuenire incontinenti, ſed volo quod pꝛeſtes cau
tionem de defendẽdo in cauſa reconuentionis, qꝛ ſatis cõuenit.
3 ¶ Quero, † an hoc ſit verum quocunque modo agat pater, vt
teneatur defendere in cauſa reconuentionis, qꝛ ſatiſdat? Reſp.
vt ſ. tetigi, quod modus agendi eſt duplex, vno modo, vt agam
de voluntate filie mee. l. filiuſfamil. §. ſed ꝛ filia. ſ. de pc. Alius
modus eſt in l. ſi cum dotẽ. §. item pater. ſ. tit. ij. ibi, nomine ſuo,
ꝛ filie agit, ꝛ gl. tangit in l. ij. §. ceterum. ſ. ti. ij. lꝫ ibi male intelli-
gat. Modo quero, an dꝫ intelligi ꝙ pater ſimpliciter agat? Et
certe non, niſi qñ filie nomine: qꝛ quando quis agit nomine ſuo ꝛ
voluntate filie, non tenetur ſatiſdare. l. ſi quis in rem. ſ. de pꝛoc.
ꝛ l. ſeruum quoq̃. §. ait pꝛetoꝛ, ꝛ ſic agit pater ad ſuam vtilitatẽ:
ſecus ſi non ad vtilitatem ſuam, ſed nomine ſuo, ꝛ filie, vt ſ. dixi.

ADDITIO.

a Alex. ¶ De cautione. Utrum pꝛocuratoꝛ actoꝛis pꝛeſtet cau-
tionem de defendendo, vide Bar. poſt gl. ꝛ Cy. in d. l. actionem.

LEX VI.

CONtra nurum.

1 ☞ Filius ſi recipit dotem patre non conſentiente, nec obligan
te, patri nil queritur.
2 Filius ſi lucratur ex pecunia dotali, pater in lucro habet vſum-
fructum.

§. Quoties. Pꝛo rebus que ſpectant ad viruꝫ, non
cõpetit ſocero hec actio, h. d. ¶ C. pp.
j. e. l. nihil. §. vxoꝛ. Sol. Dicit gl. Aut erat filius emancipatus,
ꝛ tunc poteſt pater agere. Aut non erat, ꝛ tunc vide gl. que inci-
1 pit, nec rerum amotarum, ꝛc. ¶ † No. caſum legis cum glo. ꝙ ſi
filius recipit dotem patre non conſentiente, nec ſe obligante, pa
tri nil queritur, nec vſuſfructus, nec aliquid aliud. Et ex hoc ſe-
quitur, ꝙ ſi dos eſt filio data ꝛ ex ea lucratur, patri nil acquiri-
a tur.[a] Et hoc puto verum, ſi res eſt data in doteꝫ in ſpecie, vel eſt
ſpecies empta ex pecunia dotali, tunc credo ꝙ gl. dicat verum.
2 Dicaꝫ ideo, † ꝙ mihi videtur, ſ. ꝙ ſi eſt pecunia dotalis conſum
pta, qꝛ cum ea emit, ꝛ vendidit, ꝛ mercaretur filius, tunc credo ꝙ
patris ſit vſuſf. vt l. depoſui. in pꝛinc. ꝛ §. j. ſ. de pecu. qꝛ quando
ſpecies datur in dotem, non efficitur peculij pꝛofectitij, vt l. ex fa
cto. ſ. de pec. ꝛ de l. depoſui, ꝛ l. ſi cum dotem. §. fi. ſ. tit. ij. Sed ſi
b datur[b] pecunia, ſm iſta tempoꝛa efficitur peculij pꝛofectitij. d. l.
ex facto, ꝛ pꝛo hoc l. dotẽ. j. de caſt. pecu. ꝛ hodie efficit peculij
aduentitij, vt l. j. C. de bon. que lib. ꝛ ſic acquirit vſuſfructus pa
tri. ¶ Sed quid ſi emit rẽ ex pecunia dotali mercando? De hoc
vobis alibi dicam, ſed intelligo de ſpecie empta ex re dotali.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Nil acquirit. Not. ꝙ ſi filiuſfa. recipit dotẽ, p qua pater
ſe nõ obligat, ꝙ pater nil habet agere de fructibus dotis. Uide
ad hoc no. in §. merat. Inſti. de actio. adde tamẽ ꝙ ſi dos etiã ſit
data ſocero, ꝛ permittit viro percipere fruct⁹ illi intelligunt do
nati filio, etiã ſi ſocer ſupportet onera matrimonij. ita no. Bal.
in auth. ex teſtamento. C. de colla. Adde etiã text. ſ. de pec. l. in
bonefidei, ſm Ro. in l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. ſo. matr.
dicit, ꝙ miratur de Barto. qui facit differentiam de dote conſi-
ſtente in quantitate, aut in ſpecie, quia ſm eum lege non pꝛoba-
tur, ꝛ ideo indiſtincte ipſe tenet deberi patri vſumfructũ per l.
j. ij. ꝛ iij. maxime ſimul iunctis illis legibus cũ ibi notatis, C. de
bon. que li. quod intellige verũ ſi pater ſuſtinet onera matrimo
nij, alias dicit ꝙ indiſtincte vſuſfructus debeat eſſe penes filiũ,
quia vbi onus matrimonij, ibi dos eſſe debet, d. l. ſi is qui. §. j. de
iur. do. ꝛ per nota. per Angel. ꝛ doc. in d. §. trãſgrediamur. ꝛ ad
Barto. hic, vide Rom. in d. authen. ex teſtamento. in verſ. cũ de
berẽ incipere, ꝛ adde Barto. in l. ſi quidẽ. C. de tranſactionibus.
AND. BARB. ¶ Sed ſi datur. Ex hoc infertur ꝙ non conferun-
tur. vide Bald. in auth. ex teſtamento. C. de colla.

§. Item cum rerum. Hec actio datur contra
virum, etiam ſi fuerit fi
liuſfamil. ꝛ in patrem, de peculio. hoc dicit.

§. Si poſt diuoꝛtium. Hec actio datur cõ
tra heredẽ, ꝛ tranſit
ad here

ad heredes. Itē heres viri poteſt cōdicere res amotas eo moꝛ
tuo,licet iacēte hereditate non fiat furtū.hoc dicit.Oppo.C.eo.
de l.vlt. Sol.vt in gl.⁊ hāc gl.tene menti ad id quod dixi in l.j.
ſ.eo.ꝙ conditio furtiua nō datur cōtra mulierem:qꝛ ſi daretur
tunc tranſiret cōtra heredem inſolidū contra.l.vltim.C.eo.tit.

LEX VII.

Mulier. Si maritus,⁊ vxoꝛ inuicem agant rerum amotarum actione,poterunt compenſare.hoc dicit.

LEX VIII.

1 Solnēs quod debet,nō pꝛohibetur petere ꝙ ſibi debetur.
2 Creditoꝛ in ducenta ſi petit centum,an ex hoc videtur liberatus debitoꝛ vltra centum.
3 Debitoꝛ ſi accipit centum a debitoꝛe que dixit ſibi deberi, ex hoc non videtur intentio rei fundata.

1 **Si cum dos.** Qui ſoluit † qđ debet, non pꝛohibetur petere qđ ſibi debetur.hoc dicit. Oppo.in authen.ſ. cū teſtatoꝛ.C.
ad l.Fal.vide gl.que incipit,nihilominus poterat,⁊c.
Et iſta fuit ratio dubitandi:ſed dic ꝙ ibi heres habebat ſolā exceptionem ſeu retentionem,quā perdidit ſoluendo,ſed hic etiā
habebat actionē.Sed per hoc nō videtur reſpōderi ad id,quod
ibi dicitur,ꝙ heres ſoluendo pꝛeiudicat ſibi quo ad non ſoluta.
Dic ergo ꝙ ibi eſt ſpeciale.Ulterius opp.⁊ videtur ꝙ nō poteſt
agere per actionē rerū amotarū ſʒ cōdictione indebiti.l.qđ dicitur.§.ſi dos.ſ.tit.j.⁊ vide gl.ibi in verb.condictioni.⁊c.Et dic
quādoqʒ fit cōpēſatio ipſo iure,⁊ ita loquitur l. quod dicitur.§.
ſi dos.aut nō ipſo iure,⁊ ita loqtur hic,⁊ no.l.ſi inuicē.ſ.de condi.inde. Opp.tutus exceptione fauoꝛabili ſoluens repetit p
condictionē indebiti.l.ſi exceptionē.ſ.de cōdi.inde.ſed hic erat
tutus exceptione cōpēſatiōis,que eſt fauoꝛabilis,ergo ⁊c.Sol.
Exceptio cōpenſationis non reſpicit actionem,ſed magis condemnationis executionē:ſed l.qui exceptionē loqtur de ea que
actionē elidit,hic de ea que executionē elidit.Et no.illā pꝛeſumptionē hic qꝛ licet tibi ſoluā aliqđ,nō tamē pꝛeſumoꝛ ꝙ a te nō
a debeam aliqđ percipere. Sed pone,[a] dico † ꝙ debeo a te cen
2 tum habere,⁊ debes ducenta,an videaris liberatus ab eo qđ eſt
vltra centū.Et dico ꝙ eſt tex.in l.rationes.C.de pꝛob.Aut apponitur dictio taxatiua tantū,vt qꝛ debes mihi centū tātū, ⁊ videoꝛ confiteri,qđ vltra nō debes:ſed ſecus ſi non apponatur dictio taxatiua,vt ibi not.ſecundū opin.Azo.que eſt vera. pꝛoba
b tur j.de adim.leg.l.iij.§.cū Titio[b].Sed pone † ꝙ debitoꝛ di
3 xit creditoꝛi,Ecce centū,que tibi debeo, ⁊ creditoꝛ illa accipit,
⁊ nihil dixit,vtrum ex hoc ſit fundata intentio rei:Et videtur ꝙ
non,niſi appareat ꝙ illud reciperet animo tranſigendi.Caſus
eſt in l.ſi quidem ex cauſa tranſactionis.C.de tranſac.

ADDITIONES.

a Sed pone.Uide Alexand.conſil.lxiiij.in ij.vol.⁊ vide Barba.in l.ſi quidem.C.de tranſac.⁊ Angel.Are.in §.ſi minus.in
j.no.Inſtit.de actio.
b POMA. Cum Titio.vide Roman.couſil.cxlij.

1 Actionem in omni,qua quis contemnit reſtituere ad iudicis pꝛeceptum,iuratur in litem.

§.Sabinuus. Cōtinuatur vſqʒ ad l.Marcellus. In hac actione cōtra nō reſtituentē iuratur in litem,⁊ ſoluenti eſtimationē nō cauetur de euictione.hoc dicit. No.ꝙ in hac actione iuratur in litē,ſicut in arbitrarijs,licet nō ſit arbitraria vere,ſecundum gl.Idem not.in
1 l.in actionibus.§.finali de in lit.iu.Ego dico,† ꝙ in omni actione in qua quis contemnit reſtituere ad pꝛeceptum iudicis,iuratur in litem,tex.eſt in l.qui reſtituere.in fin.ſ.de rei vend.

LEX IX.

1 Denegans reſtituere rem meam,quā habebam venalem,
liberatur rem dando,vel verum pꝛetium.

a **Non enim.** Oppon.C.de in lit.dā.tut.l. antibi.Sol.dicit gloſſ.ꝙ ibi habebat rem venalem.No.illam ſolu.† ꝙ ille qui denegat[a] reſtituere meā quā habebā venalē liberatur dando rē,vel verū pꝛetiū.Uel ſecūdū gl.⁊ Dyn. illud ibi cōtingit
ex neceſſitate officij.Pꝛeterea nec ibi cogitur,ſed poteſt vendicare,vt j.ea.lege dicitur,ſecundum Dy. Oppo.ad.l.ideoqʒ
de.l.ſi donate.ſ.de dona.inter vi.⁊ vxo.Sol.ibi poſſidens habebat cauſam a vendicante,ſecundū gl.⁊ Dyn.in c.pꝛo poſſeſſoꝛe.
extra de reg.iur.lib.vj.Dixi.in l.litis eſtimatio.j.pꝛo emp.⁊ in
l.depoſiti.de reg.iur.lib.vj.Dixi.in l.litis eſtimatio.j.p emp.
⁊ in l.depoſiti.de reg.iur. Ultimo Dyn.tractat hic iſtā materiam,† an quis cogatur inuitus vendere res ſuas,quā ponit
Cy.in l.j.C.de epiſ.au.dixi in l.fi.j.ad l.Iul.de ann.⁊ in l.j.§.
cura carnis.ſ.de offic.pꝛef.vꝛ.

ADDITIO.

a POMA. Qui denegat.vide Ioan.Baptiſt.de ſancto Seue ⁊ Mod.in l.rogaſti.per illum text.in pꝛincip.ſi.l.certum pet.

LEX XI.

Marcellus. Tam viro quam vxoꝛi competit hec actio.hoc dicit.

Poſitionibus in cauſa criminali an ſit reſpōdēdum,⁊ quo
modo.Adde de hoc ⁊ vide Geoꝛgium Natam in Clementi.ſepe.§.⁊ quia.de verboꝛū ſignification.vbi ponit octo caſus quibus tenetur quis reſpondere.
2 Poſitioni continenti factum alienum in cauſa ciuili,an ſit reſpōdendum,remiſſiue.Et vide Abb.in conſi.ſi.in ij.vol.
3 Poſitioni continenti turpitudinem reſpondentis quando ſit reſpondendum.Et de hoc vide per Lanfran.in cap.quoniam contra falſam verbo,reſponſiones.colum.fin.de pꝛobatio.⁊ Fely.
in.cap.cum dilecti.col.ij.de accuſa.

§.Qui rerum. Conuento hac lege poteſt deferri iuſiurandū,niſi alieno nomine cō
a ueniatur,[a] ⁊ is cui defertur,non poteſt referre.hoc dicit cū dua
a 2 uematur.[a] ⁊ is cui defertur non poteſt referre. hoc dicit cū dua
b bus legibus ſequentibus.[b] † Pꝛo declaratione huius le
1 gis debemus pꝛimo examinare,vtrū in criminalibus ſit reſpōdendū poſitionibus:⁊ hic videtur text.ꝙ ſic,inquantū ſiūt de facto pꝛopꝛio,Uolo vobis dicere clarius iſtā queſtionem,ꝙ in criminalibus nō debeat reſpōderi per credit.vel nō credit.Ratio,
quia meū credere nō facit eſſe delictū illud qđ nō eſſet.l.inter omnes.§.recte.j.de fur.Inſtit.de obliga.que ex deli.§.placuit.⁊ j.
de crim.expil.hered.l.fin.Sed de veritate debet reſpōderi, vt
hic,⁊ j.de queſtion.l.repeti.⁊ per totum titul.⁊ j.de iniu.l.lex
Coꝛnelia.§.hac lege.⁊ ſ.de iureiurā.l.iij.circa pꝛincip.quod intellige ſi poſitio fiat de facto pꝛopꝛio delinquētis,alias ſecus,vt
hic,ſiue de crimine agatur ciuiliter,ſiue criminaliter vt pbāt di
2 cta iura.An aūt in negotio † ciuili nō ex delicto debeat reſpōderi poſitionibus de facto alieno: gloſſ.C.de iura.cal.l.ij.§.qđ ob
ſeruari.in fin.dicit quud nō.per iſtū text.ſed non facit,qꝛ hic loquitur de reſponſionibus,que debēt fieri de veritate,ibi de credulitate,in qbus reſpōdet,etiā ſi interrogatus non poteſt habere notitiā,niſi p credulitatē,qđ patet,qꝛ interrogatur qs de etate ſua.l.de etate.in pꝛincipio.ſ.de interrog.acti.Dic de hoc,vt
nota.per Cynum,in d.§.qđ obſeruari.in vlt.qōne.⁊ in Specu.
de poſi.§.Quinto.verſicu.⁊ not.Quod aūt dixi in criminalib9.
c an ſit reſpondēdū poſitionibus,tangitur in Spec.[c] de poſi.§.
d vij.verſiculo xix.Secundo[d] eſt videndū.† an poſitioni continē
3 ti turpitudinem reſpondētis debeat reſpōderi.⁊ videtur ꝙ ſic,
e [e] vt hic.In cōtrariū videtur ſ.de iureiu.l.ſi iuraſſe.§.ſi pater.
Et qđ ibi no.per gl.⁊ qđ not.j.de exceptione rei iudi.l.ſi a te.in
pꝛinci.⁊ per Canoniſtas in c.inqſitionis.extra de accu.⁊ c.dudum.ij.extra de election.per gl.⁊ Innocen.⁊ per Specu.tit.de
f poſi.§.vij.verſ.xix.quē ſ.allegaui.Reſpondeo, aut crimen,[f] de
quo ponitur,ſi celaretur faceret criminoſum locupletari cū alie
g na iactura,⁊ debet reſponderi[g] poſitiōi criminoſe,vt hic,⁊ l.quoties.§.pꝛetoꝛ.de noxa.vbi cogitur qs reſpondere an poſſideat,
vel dolo fecerit quo minus poſſideret.Simile in l.non intelligitur.§.ſi qs palam,j.de iure fiſci.vbi dicit gl.parua,qđ per cōfeſſionē partis deteguntur tacita fideicommiſſa.Et hoc eſt qđ dicunt Canoniſte,ꝙ quando eſt tale crimen, p qđ qs remouetur a
h bñficio,tunc cogitur[h] qs reſpondere poſitioni criminoſe,ne indebite beneficiū detineat.c.ſ.allegato.Hoc tamē verū intelligo,niſi tractaretur qđ ſemel deciſum eſt ſententia, vel per iuſiurandū dicta l.ſi iuraſſe.§.ſi pater.⁊ qđ ibi not.in l.ſi a te.in pꝛinci.de excep.rei iudica.Quandoqʒ,ſi illud crimen de quo opponitur,occultaretur,nō faceret quē lucrari,cum aliena iactura,vt
quia dico qđ non potes agere,qꝛ es infamis vel excommunicatus,poſito qđ illud crimen occultaretur,non pꝛopterea lucraretur cum aliena iactura:qꝛ ſolueret qđ deberet.Et de iſtis caſib9
non debet reſponderi poſitionibus criminoſis.Et hoc modo loquuntur iura ſ.allegat.⁊ pꝛo hoc l.idēque.§.generaliter.ſ.mādа.⁊ C.de trāſac.l.trāſac.Pꝛedicta vera,niſi iam illa ſint notoria,⁊ crimen eſt defectum ab illis pet ſententiā, ⁊ tunc cogitur
quis reſpondere.l.alias.ſ.de iureiuran.⁊ ibi dixi plene.Sic debet intelligi gl.que eſt in l.j.ſ.de offici.aſſeſſo.in glo.ſuper verbo.poſtulationibus.vbi interrogatur aduocatus ⁊ reſpondere
cogit:an ſit infamis .ſ.ſi ſententiā.Pꝛo hoc in l.decreto.j.de ſuſpe.tutoꝛ.⁊ l.ſed ⁊ ſimilites.§.ſʒ ſi ignominia.infra de execu.tut.

ADDITIONES.

a ALEX. Conueniatur.Et ideo ſolet allegari iſte text.ꝙ non
infoꝛmato non defertur iuramentum in defectum ſemiplene pbationis.Ad idē facit qđ not.in l.maritus.j.de queſt.⁊ in.l.admonendi.ſ.de iureiurando,⁊ in l.bonefidei.C.de reb9 creditis.

⁊ ibi Bald. dicit ꝙ non poteſt deferri iuramentum heredi de geſtis per defunctum per l. generaliter in prin. eo. tit.
b POM. ¶ Sequentibus. Vide Felin. in cap. preſentium. verſic. Lxxix. de teſti.
c ALEX. ¶ Tangitur in Spec. Vide Bald. aliter loquētem in l. j. C. de pe. iud. ⁊ in l. j. C. de confeſ.
d POM. ¶ Secundo. Vide Joan. And. in c. ij. de confeſ. lib. vj.
e ALEX. ¶ Videtur ꝙ ſic. Adde Bart. in l. fi. de his quibus vt indig. Adde videndum Bald. conſil. cxciij. j. vol.
f P. P. P. ¶ Aut crimen. Vide que habes ad Bartol. in l. ij. §. ꝙ obſeruari. circa fi. C. de iura. cal. an ſit vera opinio Bartol.
g POM. ¶ Reſponderi. Vide Bart. conſil. clxxxvij.
h POM. ¶ Tunc cogitur. Vide Bart. in l. ij. §. ꝙ obſeruari. C. de iur. ca. ⁊ in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiu. ⁊ in l. fi. ff. de his quib. vt indig. ⁊ in l. ſi a te. ff. de exceptio. rei iudi. Inno. in c. ij. de cōfeſſis. plene ibi per Cardin. Ab. ⁊ alios. Inno. in cap. dudum. ij. de electi. Quid in teſte vide Innoc. in dic. c. ij. plene ibi ibi Cardi. ⁊ p oēs in cap. cū cauſam. de teſt. gl. in c. ij. de confeſ. lib. vj. ⁊ in c. ex penitentibus. l. diſtin. ⁊ vide Bar. in cōſ. xlvij. incipien. Nicolaus de Spoleto. pro iſta l. Marcellꝰ. in iſto. §. j.

¶ **Jurare.** Iſte ver. iurare. allegatur, ꝙ poſitioni de facto alieno in criminalib. nō debet reſpōderi, vt ſ. dixi. Opponit gl. C. de adulte. l. in adulterij. C. de ſica. l. ſi Sol. dicit gl. qđ ibi deponit vt teſtis, imo non eſt verū qđ deponat vt teſtis de facto alieno, ſed de ſuo: ſicut de eo qđ vidit, vel alio modo ſenſu percepit. l. qui teſtamento. in fin. j. de teſt. ⁊ l. teſtiū. C. de teſt. Vltimo gl. inducit in arg. an poſitiōi de alieno factoq; cogatur reſpōdere. gl. que eſt C. de iur. ca. l. ij. §. qđ obſeruari. circa fi. gl. mag. dicit ꝙ nō, ⁊ allegat hunc text. ⁊ ibi per Cyn. tangitur etiam per Spec. tit. de poſitionib. §. Quinto ſupereſt. verſi. ⁊ nota quod poſitiōes. Sed iſta lex nihil facit, qꝛ hic de iuramento veritatis. Sed poſitionibus reſpondetur per credit, vel nō credit: ⁊ ideo in alieno facto credo ꝙ poſitionibus debet reſpondere: tamen ſi dubitat, credo ꝙ ſibi detur terminus ad deliberandum.

1 ☞ Juramenti relatio habet locum in delictis.

a ¶ **Si quis delatum.** Oppo. C. de iureiuran. l. delata. Dicit gl. a ſpeciale eſt odio delinquentis qđ non poſſit iuramētum referre, ſed eſt contra. l. j. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege. Dic † ergo ſm Petrū. qđ ideo hic non eſt locus relationi alias, qꝛ delictū, de quo queritur, non cadit in ſcientiā eius cui refertur, ſicut in ſcientiam eius cui ab initio defertur. Sed quando equaliter caderet in ſcientiā vtriuſq;. vt cū aliquis ē verberatꝰ ab aliquo, tūc eſt locꝰ relatiōi, vt d. l. delata. ⁊ l. lex Corn. §. hac lege.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Dicit gloſ. Vide Bart. in l. iuſiurandum. §. ait pretor. de iureiuran.

LEX XI

1 ☞ Arguere quod liceat ab ordine titulorum.

a **I**DEO **Labeo.** Inducitur in arg. † an ſit arguendum de ordine titulorum. Et videtur ꝙ ſic vt hic, per hoc quod no. in l. j. ſ. ſi cert. pet. ⁊ ibi per Guliel. de hoc gloſſ. tua dicit. C. ne fideiuſſo. do. den. l. j. circa fi. mag. gl. Facit quod not. doc. C. de confir. tut. l. j. ⁊ ij. ⁊ dicam in l. j. de confir. tut.

LEX XIIII.

☞ Variatio quando admittatur.

